



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XVIII. Die Kalandsgilde zu Loburg übergibt das Patronat der Nicolai-Kirche des Dorfes Gerden mit 8 Hufen Landes beim wüsten Dorfe Petz der Kirche der heiligen Maria und des heiligen Eleutherus zu ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

ad presens sigillo careo, cum illud habuero, presentibus apponam in testimonium predictorum. Nos vero fratres kalendarum predictis fratribus tribus videlicet hynrico, Johanni et Theoderico damus participationem et communionem omnium bonorum, que in vigiliis Missis orationibus ceterisque suffragiis in nostra fraternitate tam pro viuis quam pro defunctis potuerunt procurari et eisdem in domino defunctis Memoriam ipsorum peragemus, Sicut fratrum nostrorum memorie agi solent. Testes huius Rei sunt dominus Burchardus Clericus Magdeburg. Ropertus de Mannesvelt, Walterus de Arnfteyn, Otto de Brecona, hynricus de barbey, Canonici ecclesie Magdeb., Iuderus viceplebanus in lowborch, hynricus viceplebanus in refegan, heydhenricus de Nigripp, Johannes de Bardeleue, Tylo marschaleus, Tylo de hardesdorpe, fredericus Burchgrauus de lowborch et alii quam plures fide digni. Datum anno domini Millefimo Ducentesimo Nonagesimo Sexto, kalend. Mai.

Nach einer Copie des K. Provinzial-Archivs zu Magdeburg.

XVIII. Die Kalandsgilbe zu Loburg übergibt das Patronat der Nicolai-Kirche des Dorfes Gerden mit 8 Hufen Landes beim wüsten Dorfe Peß der Kirche der heiligen Maria und des heiligen Eleutherus zu Leizkau, vom Jahre 1301.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nos Iuderus decanus, henricus Cameraarius Ceterique fratres kalendarum Ecclesie sancti laurentii in lowborch Vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis In vero salutari salutem. Que geruntur in tempore ex facili euanescent cum tempore et de gestis hominum eciam laudabilibus dura de facili emergit calumpnia, nisi causa memorie obliuio rerum per scripti memoriam auferatur. Sciat ergo presentis et futuri temporis posteritas, Quod nos maturo ac diligenti prehabito consilio cum communi consensu et vnanimi voluntate, Ecclesie sancte Marie Sanctique eleutherii in liczeka Jus patronatus Ecclesie sancti nicolai ville gherdene, quod ad nos pure donationis Tytulo pervenerat, cum octo mansis suis circa villam desolatam dictam petz et proprietate eorundem quibus annexum est seu adheret idem Jus patronatus ecclesie predictae, quos in subsidium seu leuamen pauperum ac debilium fratrum nostrorum seu comparatione luminum Apud nobiles viros ac dominos henricum canonicum Maioris ecclesie in Magdeborch Johannem et Theodericum fratres de grunenberge pro viginti marcis steydaligenfes argenti comparauimus libere ac pure offerimus propter deum et donamus eodem tytulo Juris quo possedimus perpetuo possidendum. Ne ergo hanc donationem nostram alicuius in posterum inpediat calumpnia, damus ei presentem paginam cum priuilegio nobis super hiis a predictis nobilibus presentato sub annotatione infra scriptorum testium sigillorum nostrorum cum appensione communitam. Testes huius rei sunt Conradus, plebanus in Scartowue, wolterus plebanus in dyterlhagen, Johannes plebanus in tropene, boldewinus plebanus in dorneborch, henricus plebanus in lubicz, domini, dominus Otto de nova Ciuitate Magdeburg, dominus Otto de borch, dominus hartwigh, Milites, et alii quam plures fide digni Datum anno Domini M^o. CCC^o. I.

Nach einer Copie des K. Provinzial-Archivs zu Magdeburg.